manifestauit eis. Gloria
Añt. Speciosa facta es et su
auis in delicijs tuis sancta
dei genitrix. Capitulum.
Ab initio et ante secula
creata sum: et vsq3 ad futu
rum seculum non desinam. et in
habitatione sancta coram ip
so ministraui. Deo gratias
Ave maris stella Ympnus.
dei mater alma: atq3
semper virgo felix celi porta.
Sumens illud aue gabri
elis ore: funda nos in pace
mutans nomen eue. Sol
ue vincla reis profer lumen

cecis: mala nostra pelle. bona
cuncta posce. Monstra te esse
matrem: sumat per te preces: qui
pro nobis natus tulit esse tu-
us. Virgo singularis inter
omnes mitis: nos culpis solutos
mites fac et castos. Vitam
presta puram iter para tutum:
ut videntes iesum semper col-
letemur. Sit laus deo patri
summo christo decus: spiritui san-
cto trinus honor unus. Amen.
V. Diffusa est gratia in labiis
tuis. Propterea benedixit te deus
in eternum. Canticum
Magnificat anima mea do-

·1·5·3·6·

minū. Et exaltauit spiritus
meus: in deo salutari meo.
Quia respexit humilitate
ancille sue: ecce enī ex hoc bea
tam me dicent omnes genera
tiones. Quia fecit michi ma
gna qui potens est: et sanctū
nomen eius. Et misericor
dia eius a progenie in proge
nies: timentibus eū. Fecit
potentiā in brachio suo: dis
persit superbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede: et
exaltauit humiles. Esurien
tes impleuit bonis: et diuites
dimisit inanes. Suscepit is

rael puerū suū: recordatus mi-
sericordie sue. Sicut locutus
est ad patres nostros: abrahā
et semini eius in secula. Glo-
ria patri. aū. Beata mater
et innupta virgo gloriosa regi-
na mundi intercede pro nobis
ad dñm. Kyrieleyson. Xpe e-
leyson. Kyrieleyson. Domine
exaudi orōnē meam. Et clamor
meus ad te veniat. Oremus
Concede nos famulos
tuos quesumus dñe
deus perpetua mentis et corpo-
ris salute gaudere: et gloriosa
beate marie semper virginis ī-

tercessione a presenti liberari
tristicia et eterna perfrui le-
ticia. Per xpm dnm nrm. A-
men. De sanctis an. Sancti
dei omnes intercedere dignemi-
ni pro nostra omniumque salute.
℟. Letamini in dno et exulta-
te iusti. Et gloriamini omnes
recti corde. Oratio.
Protege dne populum
tuum et apostolorum tuorum petri
et pauli et aliorum apostolorum
patrocinio confidentem: per-
petua defensione conserua.
Omnes sancti tui Oratio
quesumus dne nos ubique

adiuvent: ut dum eorū meri
ta recolimus patrocinia sentia
mus. Et pacem tuā nostris
concede temporibus. et ab eccle
sia tua cunctam repelle nequi
tiam. iter actus et voluntates
nostras et omn famulorū fa
mularūqȝ tuarum ī salutis
tue prosperitate dispone. bene
factoribus nr̄is sempiterna
bona retribue. fidelibus vivis
et defunctis requiē eternam
concede. Per dnm̄ nr̄m iesum
xp̄m. Dn̄e exaudi. Benedicam᷒
dn̄o. Fidelium aīe.

Complie.

Conuerte nos
deus salutaris
noster. Et auer
te iram tuam
a nobis. Deus in adiutori
ū meū intende. Dn̄e ad ad
iuuandū me festina. Glo
ria patri. Sicut. Psalmus.
Sepe expugnauerunt
me a iuuentute mea:
dicat nūc israel. Sepe expu
gnauerunt me a iuuentute
mea: etenī non potuerunt
michi. Supra dorsum me
ū fabricauerunt peccatores: pro
longauerūt iniquitate suā.



Dominus iustus concidet ceruices peccatorum: confundantur et conuertantur retrorsum: omnes qui oderunt syon. Fiant sicut fenum tectorum: quod priusquam euellatur exaruit. De quo non impleuit manum suam qui metet: et sinum suum qui manipulos suos colliget. Et non dixerunt qui preteribant benedictio domini super vos: benediximus vobis in nomine domini. Gloria.

Ps.

De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. Fiant

aures tue intendentes: in vocem
deprecationis mee. Si iniqui
tates observaveris dñe: dñe
quis sustinebit. Quia apud
te propiciatio ē: et propter le
gem tuã sustinui te dñe. Su
stinuit aĩa mea ĩ verbo eius:
speravit anima mea in dño.
A custodia matutina usqz
ad noctem: speret israel in dño.
Quia apud dñm misericor
dia: et copiosa apud eũ redep
tio. Et ipse redimet israel:
ex omnibz iniquitatibus e
ius. Gloria. Ps.
Domine non est exalta

tatum cor meum: neque elati sunt
oculi mei. Neque ambulaui
in magnis: neque in mirabi
libus super me. Si non hu
militer sentiebam: sed exalta
ui animam meam. Sicut ablac
tatus est super matre sua: ita
retributio in anima mea.
Speret israel in domino: ex hoc
nunc et usque in seculum. Glo
ria patri. Hymnus
Memento salutis auctor
quod nostri quondam corporis: ex
illibata virgine nascendo for
mam sumpseris. Maria ma
ter gratie mater misericordie

tu nos ab hoste protege. et hora
mortis suscipe. Gloria tibi
domine qui natus es de virgine:
cum patre et sancto spiritu in
sempiterna secula. Amen. Ca[pitulu]m
Ego mater pulchre dilectio
nis et timoris: et magnitudi
nis et sancte spei. Deo gratias.
V. Ora pro nobis sancta dei ge
nitrix. Ut digni efficiamur
promissionibus christi. Can
Nunc di ticum symeonis.
mittis servum tuum domine:
secundum verbum tuum in pace.
Quia viderunt oculi mei: sa
lutare tuum. Quod parasti: ante

te faciē oīm populorū. Lu
men ad reuelationē gentiū:
et gloriā plebis tue israel.
Gloria patri. aīi. Sub tu
um p̄sidiū confugimus sc̄c
ta dei genitrix nr̄as deprecā
tiones ne despicias ī necessita
tibus. sed a periculis cunctis
libera nos semper virgo bene
dicta. Dn̄e exaudi orōnem
meā. Et clamor. Oremus.
Beate et gloriose semperq̄
virginis marie quesu
mus dn̄e itercessio gloriosa
nos protegat. et ad vitam p̄
ducat. Per xp̄m dn̄m nr̄m.

De sanctis añ. Sancti dei omnes
intercedere dignemini pro
nostra omniumque salute. ℟ Letami
ni in domino et exultate iusti. Et
gloriamini omnes recti corde

Exaudi nos deus Oratio
salutaris noster et apo
stolorum tuorum petri et pauli
et aliorum apostolorum nos tue
re presidiis quorum donasti fi
deles esse doctrinis. Oratio.

Omnes sancti tui quesu
mus nos ubique adiuuent
ut dum eorum merita recolimus
patrocinia sentiamus. Et
pacem tuam nobis concede te

poribus et ab ecclesia tua cunc
tam repelle nequitiam. iter
actus et voluntates nostras.
et omnium famulorum famula
rumque tuarum in salutis tue
prosperitate dispone. benefa
ctoribus nostris sempiterna
bona retribue. et omnibus fide
libus vivis et defunctis re
quiem eternam concede. Per do
minum nostrum iesum christum filium
tuum. qui tecum vivit et regnat
in unitate spiritus sancti deus
per omnia secula seculorum. Amen
Domine exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te veniat.

Benedicamus dño. Deo grãs.
Fideliũ aĩe per miamm dei si
ne fine requiescant ĩ pace. Am̃.


Salutation a nostre dame.

Salve regina misericor/
die. vita dulcedo et spes
nostra salve. Ad te clamamus
exules filii eve. Ad te suspira/
mus gementes et flentes in
hac lachrymarũ valle. Eya
ergo advocata nr̃a illos tu
os misericordes oculos ad nos
cõverte. Et iesũ benedictum
fructũ ventris tui: nobis post
hoc exiliũ ostende. O clemens.
O pia. O dulcis maria. Vsus

Ora pro nobis sancta dei genitrix. Ut digni. Domine exaudi.

Omnipotens sempiterne deus: qui gloriose virginis marie corpus et animam ut dignum filii tui habitaculum effici mereretur spiritu sancto cooperante preparasti: da ut cuius commemoratione letamur: eius pia intercessione ab instantibus malis. et a morte perpetua liberemur: Per eundem xpm dominum nostrum.

. M . E . A .


INRI.

Les heures de la croix

Domine labia mea aperies. Et os meū annunciabit laudem tuam.

Deus in adiutoriū meū intende Domine ad adiuuandū me festina. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Sicut erat ĩ principio et nūc et semper: et ĩ secula seculorum amen.

Patris sapiē Hymnus

tia veritas diuina.

Deus captus ē hora matu

tina. A suis discipulis cito de
relictus. A iudeis venditus tra
ditus et afflictus. añ Salue
crux preciosa que ĩ sanguine
christi dedicata es: et ex mẽbris
eius tanq̃ margaritis ornata.
V. Adoramus te christe et bene
dicimus tibi. Quia per sctam
crucẽ tuã redemisti mundũ.
Domine iesu chri Oremus.
ste fili dei viui pone passi
onẽ crucẽ et mortẽ tuã inter
iudiciũ tuũ et aĩam meam
nũc et in hora mortis mee: et
semper largiri digneris viuis
misericordiã et gratiã: defūc

tis requie͂ et veniã: ecclesie tue
pacem et verã concordiã. et no
bis peccatoribus vitam et feli
ciã sempiternã. Qui vivis
et regnas deus. Per oĩa secula
seculorũ. Amen. Dñe exaudi
orationẽ meã. Et clamor me
us ad te veniat. Benedicamus
dño. Deo gratias. Fideliũ aĩe
defunctorũ p miam dei sine
fine requiescant in pace. Am

Deus ĩ adiu Ad prime.
toriũ meũ intende. Do
mine ad adiuuãdũ me festi
na. Gloria. Sicut. Añ Sal
ue crux preciosa que in san

guine christi dedicata est: et ex
membris eius tanq̃ marga
ritis ornata. Hymnus
Hora prima ducunt ie
sum ad pylatũ. A falsis testi
bus multũ accusatum. In
collo percutiũt manibus li
gatum. Vultũ dei conspuũt
lumen celi gratũ. ℟ Adoramus
te xpe et benedicimus tibi. ℣
Quia per sanctã crucẽ rede
misti mundũ. Oratio
Domine iesu xpe fili dei
vivi pone passionẽ crucem et
mortem tuã inter iudiciũ
tuũ et animam meã nunc et in

hora mortis mee: et semper
largiri digneris viuis mi
sericordiã: defunctis requiẽ.
et veniã: ecclesie tue pacem et
verã concordiã: et nobis pecca
toribus vitam et leticiã sempi
ternã. Qui viuis et regnas
deus. Vers. Dñe exaudi. Bene
dicamus dño. Fidelium anime.

Deus in ad A tierce.
iutoriũ meũ intende.
Dñe ad adiuuandũ me festi
na. Gloria. Sicut. añ. Sal
ue crux preciosa que in sang
ue xpi dedicata es: et ex mem
bris eius tanq̃ margaritis

Crucifige ymnus ornata. clamitant hora tertiarum. Illusus induitur veste purpurarum. Caput eius pungitur corona spinarum. Crucem portat humeris ad locum penarum. ℣. Adoramus te xpe et benedicimus tibi. ℟. Quia per sanctam crucem redemisti mundum. Oremus.

Domine iesu xpe fili dei vivi pone passionem crucem et mortem tuam inter iudicium tuum et animam meam: nunc et in hora mortis mee. et semper largiri digneris vivis veniam et gratiam: defunctis requiem et veniam: ecclesie

tue pacē et verā concordiā : et
nobis peccatoribus vitam et leti
ciā sempiternā. Qui vivis et
regnas deus. Per oīa. Dn̄e exau
di. Benedicamus dn̄o. Fidelium.
Deus in adiu *Ad sexte.*
torium meū intende. Dn̄e
ad adiuvandū me festina.
Gloria pri. Sicut erat. *Añt.*
Salue crux sc̄a et p̄ciosa. que
in sanguine xp̄i dedicata es:
et ex menbris eius tanq̄ mar
garitis ornata. *Ymnus*
Hora sexta iesus est cruci
conclavatus. Et ē cum latro
nibus pendens deputatus.

Pre tormentis sitiens felle sa
turatus. Agnus crimen di
luit. sic ludificatus. V. Adora
mus te xpe et benedicimus
tibi. Qr per sctam crucē tuā
redemisti mundū. Oremus.
Domine iesu xpe fili dei
vivi pone passionē cru
cem et mortē tuam īter iudi
ciū tuū et aīam meā: nunc
et in hora mortis mee: et semp
largiri digneris vivis miam
et graciam: defunctis requiē et ve
niā: ecclesie tue pacē et verā
concordiā: et nobis peccatoribus
vitā et leticiā sempiternam.

Qui vivis et regnas deus
per omnia. Domine exaudi. Bene
dicamus domino. Fidelium anime.
Deus in ad Ad nonam.
iutorium meum intende
Domine ad adiuvandum me fe
stina. Gloria patri. Sicut.
An. Adest crux preciosa que
in sanguine xpi dedicata
est: et ex membris eius tamquam
margaritis ornata. Ymnus.
Hora nona dominus iesus
expiravit. Hely clamans
animam patri commendavit.
Latus eius sancta miles per
foravit. Terra tunc contre

muit et sol obscurauit. ℟. Ado
ramus te xp̄e et benedicimus
tibi. Quia per sc̄am crucē tu
am redemisti mundū. Oremus.
Domine iesu xp̄e fili dei
viui pone passionē crucē
et mortē tuā inter iudiciū tu
ū et aīam meā: nunc et in ho
ra mortis mee: et largiri dig
neris viuis mīam et gratiā.
defunctis requiē et veniā: ec
clesie tue: pacem et veram co
cordiā: et nobis peccatoribus vi
tā et leticiam sempiternam.
Qui viuis et regnas deus. Per
oīa. Dn̄e exaudi. Benedicta

nunc dn̄e. fidelium. Ad vesperas.
Deus in adiutorium me
um intende. Dn̄e ad ad
iuvandum me festina. Glori
a patri et filio. Sicut erat
Salve crux preciosa que in
sanguine xp̄i dedicata es: et
ex membris eius tamq̄ marga
ritis ornata. Ympnus.
De cruce deponitur hora
vespertina. Fortitudo latuit i
mente divina. Talem morte
subiit vite medicina. Heu co
rona glorie iacuit supina.
℣ Adoramus te christe et bene
dicimus tibi. Quia per san

ctam crucē redemisti mundū.
Domine iesu **Oremus.**
christe fili dei vivi pone
passionē crucē et mortē tuam
inter iudicium tuū et aīam
meam: nunc et in hora mortis
mee: et semper largiri digne
ris vivis misericordiā et gra
tiam: defunctis requiē et veni
am: ecclesie tue pacem et verā
concordiā: et nobis peccatoribz
vitam et leticiam sempiternā
Qui vivis et regnas deus. Per
omnia secula seculorū. Amen.
Dn̄e exaudi. Benedicamus
dn̄o. Fidelium.

Conuerte nos deus sa
lutaris noster. Et auer
te iram tuā a nobis. Deus
ī adiutoriū meū itende. Dn̄e
ad adiuuandū me festina.
Gloria pri. Sicut erat. Aīt.
Salue crux preciosa que in sā
guine xp̄i dedicata es: et ex mē
bris eius tanq̄ margaritis
Hora co Ymnus ornata.
mpletorij datur sepultu
re. Corpus xp̄i nobile spes ui
te future. Conditur aroma
te cōplentur scripture. Recom
Has horas ca mēdacio.
nonicas cū deuotione. Tibi

christe recolo pia ratione. Ut
qui pro me passus es amo
ris ardore. Dic michi sola
tiũ in mortis agone. ℟. Ado
ramus te christe et benedici
mus tibi. Quia per sctam
crucẽ tuã redemisti mundũ.
Domine ie Oremus.
su xpe fili dei vivi po
ne passionẽ crucem et mortẽ
tuam inter iudiciũ tuum et
animã meam nũc et in ho
ra mortis mee: et semper lar
giri digneris vivis miseri
cordiã et graciam: defunctis re
quiẽ et veniã: ecclesie tue pa

cem et veram concordiam et
nobis peccatoribus vitam et
leticiam sempiternā. Dum
vivis et regnas deus Per om
nia secula seculorū. Amen.
Dn̄e exaudi orationē meam
Et clamor meus ad te veniat.
Benedicamus dn̄o. Deo gra
tias. Fidelium anime defun
ctorū per misericordiā dei si
ne fine requiescant in pace.
N. M. E. R.



Les sept psalmes penitentiales

Domine ne in
furore tuo ar-
guas me: ne-
qz in ira tua
arguas me.
Miserere mei dñe quoniã
infirmus sũ: sana me dñe
quoniã conturbata sunt ossa
mea. Et anima mea turba-
ta est valde: sed tu usquequo.
Convertere domine et eri-
pe aĩam meã: salvũ me fac
propter misericordiã tuam.
Quoniã non ẽ in morte q̃
memor sit tui: in inferno au

tem quis cõfitebitur tibi.
Laboraui ĩ gemitu meo
lauabo per singulas noctes
lectũ meũ: lacrimis meis
stratum meũ rigabo. Tur-
batus ẽ a furore oculus me-
us: ĩueteraui ĩter omnes ini-
micos meos. Discedite a me
omnes qui operamini iniqui-
tatẽ: quoniã exaudiuit dñs
vocem fletus mei. Exaudi-
uit dñs deprecationẽ meã:
dominus orationẽ meã sus-
cepit. Erubescant et cõtur-
bentur vehementer omnes ini-
mici mei: cõuertantur et e-

erubescant valde velociter. Glo
ria patri. Psalmus.
Beati quorũ remisse
sunt iniquitates: et quorũ
tecta sũt peccata. Beatus
vir cui nõ imputavit dñs
peccatũ: nec ẽ in spiritu eius
dolus. Quoniã tacui inve
teraverũt ossa mea: dũ cla
marẽ tota die. Quoniam
die ac nocte gravata est sup
me manus tua: conversus
sum ĩ erumna mea dũ con
figitur spina. Delictum
meũ cognitũ tibi feci: et in
iusticiã meã non abscondi.

Dixi confitebor aduersum
me iniusticiam meam domino: et tu
remisisti impietatem peccati
mei. Pro hac orabit ad te
omnis sanctus: in tempore oppor-
tuno. Verumtamen in dilu-
uio aquarum multarum: ad eum
non approximabunt. Tu es
refugium meum a tribulatione
que circumdedit me: exultatio
mea erue me a circumdantibus
me. Intellectum tibi dabo
et instruam te: in via hac
qua gradieris firmabo super
te oculos meos. Nolite fieri
sicut equus et mulus: quibus

non est intellectus. In cha
mo et freno maxillas eorum
constringe: qui nō approxi
mant ad te. Multa fla
gella peccatoris: sperante
autem in dño misericordia
circumdabit. Letamini
in dño et exultate iusti: et
gloriamini ōnes recti cor
de. Gloria patri. Psalmus
Domine ne in furore
tuo arguas me: ne
que in ira tua corripias me.
Quoniam sagitte tue in
fixe sunt michi: et confir
masti super me manum

tuam. Non est sanitas in
carne mea: a facie ire tue
non ē pax ossibus meis. a fa
cie peccatorū meorꝫ. Quoni
am iniquitates mee super
gresse sunt caput meū: et si
cut onus graue grauate
sunt super me. Putruerūt
et corrupte sunt cicatrices
mee: a facie insipientie mee.
Miser factus sū et curua
tus sum usqꝫ in finē: tota
die contristatus ingrediebar.
Quoniā lumbi mei im
pleti sūt illusionibus: et nō
est sanitas ī carne mea.

Afflictus sū et humilia
tus sū nimis: rugiebā a ge
mitu cordis mei. Domine
ante te ōne desideriū meū:
et gemitus meus a te non ē
absconditus. Cor meū con
turbatū est dereliquit me
virtus mea: et lumen ocu
lorū meorū et ipsū non est
mecū. Amici mei et pro
ximi mei: adversū me ap
propinquaverūt et steterūt.
Et qui iuxta me erant de
longe steterūt: et vim facie
bant qui querebāt animā
meā. Et qui inquirebant

mala michi locuti sunt vani
tates: et dolos tota die medi
tabantur. Ego autē tanquam
surdus nō audiebam: et sicut
mutus non aperiens os suū.
Et factus sū sicut homo
non audiens: et nō habens
ī ore suo redargutiones.
Quoniā in te speravi do
mine: tu exaudies me dñe
deus meus. Quia dixi ne
quando supergaudeant mi
chi inimici mei: et dū com
moventur pedes mei super
me magna locuti sunt.
Quoniā ego in flagella

paratus sū: et dolor meus ĩ
conspectu meo semper.
Quoniā iniquitatē meā
annūciabo: et cogitabo pro
peccato meo. Inimici au
tē mei vivūt et confirmati
sunt super me: et multipli
cati sūt qui oderūt me iniq̄.
Qui retribuūt mala pro
bonis detrahebāt michi: qm̄
sequebar bonitatē. Ne dere
linquas me dn̄e deus meus.
ne discesseris a me. Inten
de ĩ adiutoriū meū: domine
deus salutis mee. Gloria
patri. Sicut. Psalmus.

Miserere mei deus: secū
dum magnā miseri
cordiam tuā. Et secundū
multitudinē miserationū
tuarū: dele iniquitatē meā.
Amplius lava me ab ini
quitate mea: et a peccato meo
munda me. Quoniā ini
quitatē meam ego cognosco:
et peccatū meū contra me
est semper. Tibi soli pecca
vi et malum corā te feci: ut
iustificeris in sermonibus
tuis. et vincas cū iudicaris.
Ecce enī in iniquitatibus
conceptus sū: et in peccatis

concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexisti:
incerta et occulta sapientie
tue manifestasti michi. As
perges me domine ysopo et mun
dabor: lavabis me et super ni
vem dealbabor. Auditui meo
dabis gaudium et leticiam: et
exultabunt ossa humiliata.
Averte faciem tuam a pecca
tis meis: et omnes iniquitates
meas dele. Cor mundum
crea in me deus: et spiritum rec
tum innova in visceribus meis.
Ne proicias me a facie tu
a: et spiritum sanctum tuum ne

auferas a me. Redde michi
leticiã salutaris tui: et spiri
tu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas:
et impii ad te convertentur.
Libera me de sanguinib;
deus deus salutis mee: et exul
tabit lingua mea iusticiam
tuã. Domine labia mea a
peries: et os meũ annũciabit
laudem tuã. Quoniam si vo
luisses sacrificiũ dedissem: uti
q; holocaustis non delectabe
ris. Sacrificiũ deo spiritus
contribulatus: cor contritũ
et humiliatũ deus nõ despici
es.

es. Benigne fac domine in
bona voluntate tua syon: ut
edificentur muri iherusalem.
Tunc acceptabis sacrifi
cium iusticie oblationes et
holocausta: tunc imponent
super altare tuum vitulos.
Gloria patri. Psalmus.
Domine exaudi orati
onem meam: et clamor
meus ad te veniat. Non
avertas faciem tuam a me:
in quacumque die tribulor
inclina ad me aurem tuam.
In quacumque die invo
cavero te: velociter exaudi

Quia defecerunt sicut fu
mus dies mei: et ossa mea
sicut cremiū aruerunt.
Percussus sum ut fenū
et aruit cor meū: quia obli
tus sū comedere panē meū.
A voce gemitus mei: ad
hesit os meū carni mee.
Similis factus sum pel
licano solitudinis: et fac
tus sum sicut nicticorax
in domicilio. Vigilaui:
et factus sū sicut passer so
litarius in tecto. Tota
die exprobrabant michi i
nimici mei: et qui lauda

bant me adversū me iura-
bant. Quia cinerē tanq̄
panem manducabā: et po-
tum meū cum fletu misce-
bam. A facie ire indigna-
tionis tue: quia elevans al-
lisisti me. Dies mei sicut
umbra declinaverūt: et ego
sicut fenū arui. Tu autē
domine ī eternū permanes.
et memoriale tuū in gene-
ratione et generationem.
Tu exurgens dn̄e misere-
beris syon: quia tēpus mi-
serendi eius quia venit tē-
pus. Quoniā placuerūt

seruis tuis lapides eius: et ter
re eius miserebuntur. Et ti
mebunt gentes nomen tuu͂
dn͂e: et o͂nes reges terre gloria͂
tua͂. Quia edificauit dn͂s
syon: et videbitur in gloria
sua. Respexit in orationem
humiliu͂: et no͂ spreuit prece
coru͂. Scribantur hec in ge
neratione altera: et populus
qui creabitur laudabit dn͂m.
Quia prospexit de excelso
sancto suo: dn͂s de celo in ter
ram aspexit. Ut audiret ge
mitus co͂peditoru͂: ut solue
ret filios interemptorum.

Ut annũcient in syon no
men dñi: et laudem eius in
hierusalem. In conuenien
do populos in vnũ: et reges
ut seruiant dño. Respondit
ei in via virtutis sue: pauci
tatem dierũ meorꝫ nuncia
michi. Ne reuoces me in
dimidio dierũ meorꝫ: in ge
neratione et generationem
anni tui. Initio tu dñe
terrã fundasti: et opera ma
nuũ tuarũ sunt celi. Ipsi
peribunt tu autẽ permanes:
et omnes sicut vestimentũ
veterascent. Et sicut opertorium

rium mutabis eos et muta
buntur: tu autē idem ipse es
et anni tui non deficient.
Filii seruorū tuorū habi
tabunt: et semen eorū in secu
lum dirigetur. Gloria patri.
De profundis Psalmus.
De clamaui ad te dñe: do
mine exaudi uocem meam.
Fiant aures tue intenden
tes: in uocem deprecationis
mee. Si iniquitates obser
uaueris domine: dñe quis
sustinebit? Quia apud te
propiciatio est: et propter legē
tuā sustinui te domine. Su

stinuit anima mea ĩ verbo e-
ius: speravit aĩa mea ĩ dño.
A custodia matutina usqȝ
ad noctem: speret israel in do-
mino. Quia apud dñm
misericordia: et copiosa apud
eum redemptio. Et ipse re-
dimet israel: ex omnibus in-
iquitatibus eius. Gloria.
Domine ex Psalmus
audi orationẽ meam
auribus percipe obsecratio-
nẽ meã: in veritate tua exau-
di me in tua iusticia. Et
non intres in iudiciũ cum
servo tuo dñe: quia non in-

stificabitur in conspectu tuo
omnis vivens. Quia per
secutus est inimicus animam
meam: humiliavit in ter
ra vitam meā. Colloca
vit me in obscuris sicut mor
tuos seculi: et anxiatus est su
per me spiritus meus: in me
turbatū est cor meū. Memor
fui dierū antiquorū medi
tatus sum in omnibus ope
ribus tuis: et in factis ma
nuū tuarū meditabar.
Expandi manus meas
ad te: anima mea sicut ter
ra sine aqua tibi. Veloci

ter exaudi me dñe: defecit spi
ritus meus. Non auertas
faciem tuã a me: et similis
ero descendentibus in lacum.
Auditam fac michi ma
ne misericordiam tuã: quia
in te speraui. Notam fac
michi viam in qua ambu
lem: quia ad te leuaui ani
mã meam. Eripe me de in
imicis meis dñe: ad te con
fugi doce me facere volunta
tem tuã: quia deus meus
es tu. Spiritus tuus bon⁹
deducet me in terrã rectam:
propter nomen tuũ domine

Uiuificabis me i equitate tua.
Et educes de tribulatione a
nimā meā: et i misericordia
tua disperdes omnes inimicos
meos. Et perdes omnes q
tribulant animā meā: quo
niā ego seruus tuus sum.
Gloria patri. Sicut erat.
Ant. Ne reminiscaris domi
ne delicta mea vel parentum
meorū: neqȝ vindictā sumas
de peccatis nostris: parce do
mine parce populo tuo quē
redemisti precioso sanguine
tuo ne ineternū irascaris
nobis. Letania.

Kyrieleyson. Christe eleyson. Kyrieleyson. Christe audi nos. Pater de celis deus: Miserere nobis. Fili redemptor mundi deus. Miserere nobis. Spiritussancte deus. Miserere nobis. Sancta trinitas unus deus. Miserere nobis. Sancta maria. Ora pro nobis. Sancta dei genitrix. Ora pro nobis.

Sancta virgo virginum. Or
Sancte michael. Or
Sancte gabriel. Or
Sancte raphael. Or
Omnes sancti angeli et

archangeli dei. Orate pro nobis.
Omnes sancti beatorũ spi
rituũ ordines. Orate pro nobis.
Sancte iohannes baptista. O
ra pro nobis. Omnes sancti
patriarche et prophete. Orate.
Sancte petre. Ora pro nobis.
Sancte paule. Or
Sancte andrea. Or
Sancte iacobe. Or
Sancte iohannes. Or
Sancte philippe. Or
Sancte bartholomee. Or
Sancte mathee. Or
Sancte mathia. Or
Sancte barnaba. Or

Sancte luca. Or
Sancte marce. Or
Omnes sancti apostoli et
euangeliste. Orate pro nobis.
Omnes discipuli dni. Orte.
Omnes sancti innocentes. Orte.
Sancte stephane. Or
Sancte clemens. Or
Sancte laurenti. Or
Sancte vincenti. Or
Sancte fabiane. Or
Sancte sebastiane. Or
Sancte blasi. Or
Sancti iohannes et pauli Orte
Sancti cosma et damiane
Orate pro nobis.

Sancte geruasi et prothasi
Orate pro nobis. Omnes
sancti martires. Orate pro nob.
Sancte siluester. Or.
Sancte gregori. Or.
Sancte amande. Or.
Sancte martine. Or.
Sancte augustine. Or.
Sancte ambrosi. Or.
Sancte hieronime. Or.
Sancte nicolae. Or.
Sancte claudi. Or.
Sancte iuliane. Or.
Omnes sancti pontifices
et confessores. Orate pro nobis.
Omnes sancti doctores. Orate.

Sancte benedicte. Or.
Sancte francisce. Or.
Sancte anthoni. Or.
Sancte dominice. Or.
Omnes sancti monachi et heremite. Orate pro nobis.
Omnes sancti sacerdotes et leuite. Orate pro nobis.
Sancta maria magdalena. Ora pro nobis.
Sancta agnes. Or.
Sancta lucia. Or.
Sancta cecilia. Or.
Sancta katharina. Or.
Sancta barbara. Or.
Sancta apolonia. Or.

Sancta vrsula. Or.
Sancta margareta Or.
Sancta clara. Or.
Sancta anna Or.
Sancta elizabeth. Or.
Omnes sancte virgines et
vidue. Orate pro nobis
Omnes sancti et sancte dei. Orate
Propitius esto: parce nobis
dñe. Ab omni malo: Libera nos
domine. Ab omni peccato. Lib'
A subitanea et improuisa
morte. Lib'. Ab insidiis dia
boli. Lib' Ab ira et odio et omni
mala voluntate. Lib' A ful
gure et tempestate. lib' A mor

te perpetua. Lib. Per mysteri
um sancte incarnationis tue.
Lib. Per aduentum tuum. Lib.
Per natiuitatem tuam. Lib.
Per baptismum et sanctum ieiu
nium tuum. Lib. Per crucem et
passionem tuam. Lib. Per mor
tem et sepulturam tuam. Libera.
Per sanctam resurrectionem
tuam. Lib. Per admirabilem ascen
sionem tuam. Lib. Per aduen
tum spiritus sancti paracliti. Lib.
In die iudicii. Libera nos do
mine. Peccatores. Te rogamus
audi nos. Ut nobis parcas.
Te ro. Ut nobis indulgeas

Te ro. Ut ad verā penitentiā
nos perducere digneris. Te ro.
Ut ecclesiā tuā sanctā rege
re et conservare digneris. Te
ro. Ut domnū apostolicū et om
nes ecclesiasticos ordines in sa
cta religione conservare dig
neris. Te ro. Ut regibus et
principibus christianis pa
cem et verā concordiā dona
re digneris. Te ro. Ut nos
metipsos ī tuo sancto servi
tio confortare et conservare
digneris. Te ro. Ut mentes
nostras ad celestia desideria
erigas. Te ro. Ut ōnibus be

nefactoribus nr̃is sempiter
na bona retribuas. Te roga.
Ut animas nr̃as fratrũ
sororũ et benefactorũ nr̃orũ
ab eterna dampnatioẽ eripias.
Te ro. Ut fructus terre dare
et conservare digneris. Te ro.
Ut õmibus fidelibus de
functis requiẽ eternã dona
re digneris. Te ro. Et nos
exaudire digneris. Te roga.
Fili dei. Te ro. Fili dei. Te
ro. Fili dei. Te ro. Agnus
dei qui tollis peccata mũdi
Parce nobis dñe. Agnus
dei qui tollis peccata mun

di. Exaudi nos domine. Agnus dei qui tollis peccata mundi. Miserere nobis. Christe audi nos. Christe exaudi nos. Kyrieleyson. Christe eleyson. Kyrieleyson. Pater noster. Et ne nos inducas in temptationem. Sed libera nos. Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas. Deus meus sperantes in te. Esto nobis domine turris fortitudinis. A facie inimici. Nichil proficiat inimicus in nobis. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. Domine non se

cundu͂ peccata nr̄a faciat
nobis. Neq; secundu͂ iniq
tates nostras retribuat no
bis. Oremus pro benefacto
ribus nr̄is. Retribuere dig
nare dn̄e omnib; nobis bo
na facientibus propter no
men sanctu͂ tuu͂ vitam et'
na͂. Amen. Oremus pro
fidelibus defunctis. Requie͂
eterna͂ dona eis dn̄e: et lux
perpetua luceat eis. Dn̄e
exaudi oro͂nem mea͂. Et clamor.
Deus cui pro Oremus.
priu͂ est misereri sem
per et parcere suscipe depreca

tione nostrã: et nos et omnes
famulos et famulas tuas
quos delictorũ cathena con
stringit miseratio tue pieta
tis absoluat. Oratio
Exaudi quesumus dñe
supplicum preces et confitentiũ
tibi parce peccatis: ut pariter
indulgentiã nobis tribuas
benignus et pacem. Oratio
Deus qui culpa deuota.
offenderis penitentia
placaris: preces populi tui
supplicantis propicius respi
ce: et flagella tue iracundie
que pro peccatis nr̃is meremur

auerte. Oratio

Deus a quo sancta desi
deria recta consilia et iusta
sunt opera. da seruis tuis illā
quā mundus dare nō potest
pacem: ut et corda nr̄a man
datis tuis dedita. et hostiū sub
lata formidine tempora sint
tua protectione tranquilla.

Pro viuis et defunctis. Oratio.

Omnipotēs sempiterne
Deus qui viuorū dn̄aris
simul et mortuorū. omniumq;
misereris quos tuos fide et o
pere futuros esse prenoscis. te
suppliciter exoramus: ut pro qui

bus effundere preces decreui
mus. quosque vel presens secu
lum adhuc in carne retinet:
vel futurum iam exutos corpo
re suscepit intercedentibus om
nibus sanctis tuis pietatis tue
clementia omnium delictorum suo
rum veniam et gaudia con
sequi mereantur eterna. Per
dominum nostrum iesum chri
stum filium tuum: qui tecum
viuit et regnat in vnitate
spiritus sancti deus. Per om
nia secula seculorum. Amen.
Domine exaudi orationem
meam. Et clamor meus ad te

veniat. Benedicamus domi
no. Deo gratias. Fidelium
anime per misericordiam
dei sine fine Requiescant in
pace. A. M. E. N.
Pater noster. Aue maria.

Sequuntur vigilie defuncto
rum. An̄. Placebo. Psalmus



Dilexi quoniã
exaudiet dñs:
vocem oratio
nis mee. Qui
a inclinauit
aurem suã michi: et in die
bus meis inuocabo. Circum
dederunt me dolores mortis:
et pericula inferni inuenerũt
me. Tribulationẽ et dolo
rem inueni: et nomen dñi
inuocaui. O domine libera
animã meam misericors
dñs et iustus: et deus noster
miseretur. Custodiens par
uulos dominus: humilia

tuis suum et liberauit me.
Conuertere anima mea
in requiem tuã: quia dñs
benefecit tibi. Quia eripu
it animã meam de morte:
oculos meos a lachrimis: pe
des meos a lapsu. Placebo
dño: in regione viuorum.
Requiem eternã dona eis
dñe: et lux perpetua luceat
eis. Añ. Placebo dño in regi
one viuorũ. añt Heu me.
Ad dñm cũ Psalmus.
tribularer clamaui:
et exaudiuit me. Domine
libera animã meam a labijs

iniquis: et a lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguã dolosam. Sagitte potentis acute: cũ carbonibus desola toriis. Heu michi quia in colatus meus prolongatus est: habitaui cũ habitanti bus cedar. multũ incola fu it anima mea. Cum his qui oderũt pacem eram paci ficus: cũ loquebar illis im pugnabant me gratis. R[e] quiẽ eternã. añ. Heu me qr incolatus meus prolonga tus ẽ. añt Dñs. Psalmus

Leuaui oculos meos ĩ
montes: unde ueniet
auxiliũ michi. Auxiliũ
meũ a domino: qui fecit ce
lum et terrã. Non det in co
motionẽ pedem tuũ: neq;
dormitet qui custodit te.
Ecce non dormitabit neq;
dormiet: qui custodit israel.
Dominus custodit te: dñs
protectio tua super manũ
dexterã tuam. Per diem sol
non uret te: neq; luna per noc
tem. Dominus custodit te
ab omi malo: custodiat ani
mã tuam dñs. Dominus

custodiat introitū tuū et exi
tum tuū: ex hoc nunc et usq;
in seculum. Requiem eter
nā. añ Dominus custodit
te ab omni malo: custodiat
aīam tuā dñe. añ Si ini
quitates. Psalmus.
De profundis clama
ui ad te dñe: domine exau
di vocem meam. Fiant
aures tue intendentes: ī vo
cem deprecationis mee. Si i
niquitates obseruaueris
dñe: dñe quis sustinebit.
Quia apud te propicia
tio ē: et propter legem tuā

sustinui te dñe. Sustinuit
anima mea ī verbo eius: spe
rauit anima mea ī domino.
A custodia matutina usq;
ad noctem: speret israel in dño.
Quia apud dñm misericor
dia: et copiosa apud eum re
demptio. Et ipse redimet is
rael: ex omnibus iniquitati
bus eius. Requiē eternā.
Añt. Si iniquitates obserua
ueris domine: dñe quis su
stinebit. añ. Opera. Psalm9.
Confitebor tibi domine
in toto corde meo: quo
niam audisti verba oris mei.

In conspectu angelorum
psallam tibi: adorabo ad tem
plum sanctum tuum: et confite
bor nomini tuo. Super mi
sericordia tua et veritate tua:
quoniam magnificasti super
omne nomen sanctum tuum.
In quacumque die invocave
ro te exaudi me: multiplica
bis in anima mea virtutem.
Confiteantur tibi domine
omnes reges terre: quia audie
runt omnia verba oris eius.
Et cantent in viis domini:
quoniam magna est gloria do
mini. Quoniam excelsus do

minus et humilia respicit:
et alta a longe cognoscit.
Si ambulauero in medio
tribulationis viuificabis
me: et super iram inimicorum
meorum extendisti manum tuam.
et saluum me dextera tua. Do
minus retribuet pro me. domine
misericordia tua in seculum:
opera manuum tuarum ne des
picias. Requiem eternam. Ant.
Opera manuum tuarum ne des
picias. V. Audiui vocem de celo
dicentem michi. Beati mortui
qui in domino moriuntur. ant.
Omne. Canticum beate marie.

Magnificat anima me
a dñm. Et exultavit
spiritus meus: in deo saluta
ri meo. Quia respexit hu
militatẽ ancille sue: ecce e
nĩ ex hoc beatã me dicent o
mnes generationes. Quia
fecit michi magna qui po
tens ẽ: et sanctũ nomen eius.
Et misericordia eius a pro
genie in progenies: timenti
bus eũ. Fecit potentiã in
brachio suo: dispersit super
bos mente cordis sui. Depo
suit potentes de sede: et exal
tavit humiles. Esurientes

impleuit bonis: et diuites di
misit inanes. Suscepit isra
el puerum suum: recordatus mi
sericordie sue. Sicut locutus
est ad patres nostros: abraham
et semini eius in secula. Re
quiem eternam. Ant. Omne quod
dat michi pater ad me veniet
et eum qui venit ad me non
eiciam foras. Pater noster.
Et ne nos inducas. Psalmus
Lauda anima mea do
minum. laudabo dominum
in vita mea: psallam deo
meo quamdiu fuero. Nolite
confidere in principibus:

nec in filiis hominū: in qui
bus non ē salus. Exibit spi
ritus eius et revertetur ī ter
ram suā: in illa die peribūt
ōnes cogitationes eoꝝ. Bea
tus cuius deus iacob. adiu
tor eius spes eius in dn̄o deo
ipsius qui fecit celū et terrā:
mare et ōnia que ī eis sunt.
Qui custodit veritatē in se
culū facit iudiciū iniuriā
patientibus: dat escam esu
rientibus. Dominus solvit
compeditos: dn̄s illuminat
cecos. Dominus erigit eli
sos: dn̄s diligit iustos. Do

minus custodit aduenas.
pupillum et viduam susci
piet: et vias peccatorum disper
det. Regnabit dominus in secu
la deus tuus syon: in gene
rationem et generationem.
Requiem eternam. R. Requi
escant in pace. Amen. V. A por
ta inferi. Erue domine animas
eorum. Domine exaudi. Oratio.
Deus qui nos patrem et
matrem honorare prece
pisti miserere clementer ani
mabus patris mei et matris
mee omniumque parentum meor
eorumque omnia peccata dimitt

te. meque cum eis in eterne cla-
ritatis gaudio fac letari. Oratio.
Inclina domine aurem tu-
am ad preces nostras
quibus misericordiam tuam
suppliciter deprecamur. ut
animam famuli tui. N. et a-
nimas famulorum famula-
rumque tuarum. quas de hoc secu-
lo migrare iussisti in pacis
ac lucis regione constituas
et sanctorum tuorum iubeas esse
consortes. Oratio.
Fidelium deus omnium con-
ditor et redemptor animabus
famulorum famularumque tu-

arum. remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam quam semper optaverunt piis supplicationibus consequantur. Qui vivis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen. V. Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Requiescant in pace. Amen.

Ad matutinas Invitatorium.

Regem cui omnia vivunt Venite adoremus. Psalmus.

Venite exultemus domino iubilemus deo salutari nostro: preoccupemus faciem eius in confessione. et in psal-

nus iubilemus ei. Regē cui
omnia viuūt. Venite adoremus.
Quoniā deus magnus
dñs. et rex magnus super oēs
deos. qm̄ nō repellet dñs ple
bem suā: quia ī manu eius
sunt omēs fines terre. et altitu
dines montiū ipse conspicit.
Venite adoremus. Quoniā
ipsius ē mare et ipse fecit il
lud et aridam fundauerūt
manus eius. Venite adorem⁹
et procidamus ante deū. plo
remus corā dño qui fecit nos:
quia ipse est dñs deus noster:
nos autem populus eius et o

ues pascue eius. Regē cui oīa
viuūt. Venite adoremus. Ho
die si vocem eius audieritis.
nolite obdurare corda vestra:
sicut ī exacerbatione secundū
diem temptationis ī deserto:
ubi temptauerūt me patres ve
stri. probauerūt et viderunt o
pera mea. Venite adoremus.
Quadraginta annis proxi
mus fui generationi huic.
et dixi semper hi errant corde:
ipsi vero nō cognouerūt vias
meas. quibus iuraui in ira
mea si itroibunt ī requiē me
am. Regē cui oīa viuūt. Ve

nite adoremus. Requiem eter
nã dona eis dñe: et lux perpe
tua luceat eis. Venite adore
mus. Regẽ cui omnia vivũt
Venite adoremus. In primo noc
turno añt. Dirige. Psalmus.
Verba mea auribus
percipe dñe: intellige
clamorẽ meũ. Intende vo
ci orationis mee: rex meus et
deus meus. Quoniã ad te
orabo dñe: mane exaudies
vocem meã. Mane astabo
tibi et videbo: quoniã non de
us volens iniquitatẽ tu es.
Neqꝫ habitabit iuxta te

malignus: neque permane-
bunt iniusti ante oculos tuos.
Odisti omnes qui operantur
iniquitatem: perdes omnes qui
loquuntur mendacium. Virum
sanguinum et dolosum abomi-
nabitur dominus. ego autem in
multitudine misericordie tue.
Introibo in domum tuam:
adorabo ad templum sanctum
tuum in timore tuo. Domi-
ne deduc me in iusticia tua
propter inimicos meos: diri-
ge in conspectu tuo viam meam.
Quoniam non est in ore eorum
veritas: cor eorum vanum est. Se-

pulchrũ patens ẽ guttur eor.
linguis suis dolose agebãt:
iudica illos deus. Decidãt
a cogitationibz suis secũ
dũ multitudinẽ impietatũ
eorũ expelle eos: quoniã irri
tauerũt te dñe. Et letentur
õnes qui sperant ĩ te ineter
nũ: exultabunt et habitabis
ĩ eis. Et gloriabuntur ĩ te
omnes qui diligũt nomen
tuũ: quoniã tu benedices
iusto. Domine ut scuto bo
ne voluntatis tue: coronasti
nos. Requiẽ. aña. Dirige
dñe deus meus. in cõspectu

tuo viam meã . añ Conuertẽ.

Domine ne Psalmus.
in furore tuo arguas
me: neqꝫ in ira tua arguas
me. Miserere mei dñe qm̃
infirmus sum: sana me dñe
quoniã conturbata sunt oĩa
ossa mea. Et anima mea
turbata ẽ valde: et tu domine
vsqꝫquo. Conuertere dñe
et eripe animã meã: saluũ
me fac propter misericordiã
tuã. Quoniã non ẽ in mor
te qui memor sit tui: in in
ferno autẽ quis confitebitur
tibi. Laboraui in gemitu

meo lauabo per singulas
noctes lectū meū: lachrimis
meis stratū meum rigabo.
Turbatus ē a furore ocu-
lus meus: ĩueteraui inter
omnes inimicos meos. Disce-
dite a me omnes qui operami-
ni iniquitatē: quoniā exau-
diuit dñs vocem fletus mei.
Exaudiuit dñs deprecatio-
nem meā: dominus orationē
meā suscepit. Erubescant
et conturbentur vehementer
omnes inimici mei: conuertā-
tur et erubescant valde veloci-
ter. Requies. añ. Conuerte

re domine et eripe animam meam:
quoniam non est in morte qui
memor sit tui. Antiphona. Nequando.
Domine deus. Psalmus.
Domine deus meus in te speravi:
saluum me fac ex omnibus per
sequentibus me et libera me.
